

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA CALIXTI PAPE DE IEIVNIO QVATVOR TEMPORVM ET
RELIQVIS CAVSIS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

& vice funguntur. Oramus autem ostium circumstantie qui nemine perire aut labiis suis pollui-
lumus eorum moribus imponi, & verbum minime nociuum concipere aut ore proferre, unde & domi-
nus per prophetam loquitur dicens, Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Do-
minus omnipotens & eius vnigenitus filius & saluator noster Iesus christus hoc vobis tribuat incita-
mentum, ut omnibus fratribus quibuscumque tribulationum molestis laborantibus viribus quibus
potestis succurratis, & eorum (ut dignum est) iniurias vestras estimetis, maximum ad miniculum eis ver-
bis & factis prebeatis, ut eius discipuli inueniamini veri qui fratres ut se omnibus diligere precepit.
Ordinationes vero presbyterorum & leuitarum tempore congruo & multis coram astantibus solenni-
ter agite, & probabiles ac doctos viros ad hoc opus prouehite, ut de eorum societate & adiumento plu-
rimum gaudeatis. Ponite indefinenter corda vestra in virtute dei & enarrate hec & cetera diuina verba
in progenies alteras quoniam hic est deus noster in eternum & ipse reget nos in secula. Data, vii.
Idus Nouembris saturnino & gallicano consulibus.

INCIPIUNT DECRETA CALIXTI PAPE DE IEIUNIO QUATUOR TEMPORVM ET RELIQUIS CAUSIS.

A CALIXTUS ARCHIEPISCOPVS ECCLESIE
catholice vrbis Rome benedicto fratri & coepiscopo salutem in domino. Fra-
ternitatis amore cōstringimur & apostolico moderamine cōuenimur, ut con-
sultis fratribus pro ut dominus dederit respondeamus, eosque apostolice sedis
auctoritate instruamus. Ieiunium quod ter in anno apud nos celebrare didici-
stis cōuenientius nunc per quattuor tempora fieri decernimus, ut sicut annus
per quattuor voluitur tempora, sic & nos quaternum solene agamus ieiunium, per
anni quattuor tempora, & sicut replemur frumētovino, & oleo ad alenda corpora, sic repleamur ie-
iunio ad alendas animas, iuxta prophete zacharie vocem qui ait. Factum est verbum dñi ad me dicens
hec dicit dominus exercituum, sicut cogitavi ut affligere vos cum ad iracundiam prouocasset me pa-
tres vestri & non sum misertus, sic conuersus cogitavi in diebus istis, ut benefaciam hierusalem & do-
mui iuda. Nolite timere hec sunt verba que facietis. Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo
suo veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisque malum contra amicum suum
ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mēdax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odi-
ui, dixit dominus exercituum. Et factum est verbum dñi exercituum ad me dicens. Hec dicit domi-
nus exercituum. Ieiunium quarti & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui
iude in gaudium & leticiam, & in solennitates preclaras, veritatem tantum & pacem diligite, dixit dominus
exercituum. In hoc ergo omnes vos vnanimes oportet esse, ut secundum apostolicam doctrinam id ipsum
dicamus omnes, & non sint in nobis scismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scien-
tia, in cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam esse cōsortem. Non decet enim a capite mē-
bra dissidere, sed iuxta sacre scripture testimoniū omnia mēbra caput sequuntur. Nulli vero dubium
est quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius vos regulis nullatenus cōuenit deui-
are, Et sicut filius venit facere voluntatem patris sic & vos voluntatem vestre impleatis matris, que est eccle-
sia, cuius caput (ut predictum est) Romana existit ecclesia. Quicquid ergo sine discretionē iustitie con-
tra huius disciplinam actum fuerit ratum haberi ratio nulla permittit. **C**riminationes vero contra
B doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec seruos dominos lacerare.
Filii ergo sunt doctorum omnes quos instruunt. Et sicut filii patres carnales sic & hi patres debent
diligere spirituales. Non enim bene viuit qui non recte credit aut patres reprehendit vel detrahit
suos, doctores ergo qui & patres vocantur magis portandi quam reprehedendi sunt nisi in recta fide erra-
uerint. Nullus ergo doctorem per scripta accuset nec nisi fideli & legitimo qui etiam irreprehensibile
vitam ac cōuersationem ducat accusatori respondeat, quia indignum est, ut doctor stulto & indocto
atque reprehensibiliter viuēti respōdeat iuxta stulticiā suā dicente scriptura. Non respōdeas stulto iuxta
stulticiā suā, non bene viuit qui non recte credit. Nichil mali vult qui fidelis ē. Si quis, fidelis est videat
ne falsa loquatur aut cuius insidias ponat, Fidelis homo semper fideliter agit, & infidelis calide insidia-
tur, atque fideles & pie, ac iuste viuētes perdere nititur, quia similis simile sibi querit. Infidelis homo
mortuus est in corpore viuente. Et contra sermones fidelis hominis vitam custodiunt auditorum,
Doctorem

Doctorem enim catholicum & precipue domini sacerdotem sicut nullo errore implicari ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari, dicente quippe scriptura sancta. post concupiscentias tuas nō eas, & a voluntate tua auertere, multis huius mundi illecebris, multis vanitatibus resistendū est, vt vere continētie obtineatur integritas. Cuius prima est labes superbia, initiū transgressionis, & origo peccati, quoniā mens sponte auida nec abstinere nouit, nec pietati adhibere consensūs. Nullus bonorum inimicum habet nisi malum. Qui ideo esse permittitur, vt aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quicquid ergo irreprehensibile est catholica deffendit ecclesia. Nulli imperatori vel cuiquā pietatem custodienti licet aliquid contra mādata diuina presumere. Iniustum ergo iudiciū & diffinitio iniusta regio metu aut iussu: aut cuiuscunq; episcopi aut potētis a iudicibus ordinata vel actum nō valeat. homini religioso parū esse debet inimicitias aliorū nō exercere vel non au gere male loquendo nisi etiam eas extinguere bene loquēdo studuerit. Melior est in malis factis humilis confessio quam in bonis superba glorificatio. Omnes vero qui amāt vitā beatam, malunt eam trāquilatatis sue & iusticie statu currere quā nostrorum peccatorum penis vlticibus interpolari. Memor enim sum me sub illius nomine ecclesie presidere cuius a domino iesu christo est gloria cōfessio & cuius fides oēs semper destruit errores. Et intelligo aliter michi nō licere quā vt omnes conatus meos ei cause in qua vniuersalis ecclesie salus infestatur impēdam. Spero autē affaturā misericordiā dei qđ cooperāte eius demētia omnis pestifer morb⁹ ipso pellēte auferatur. Et quicquid ipso inspirante atq; auxiliante poterit salubriter fieri cum tue fidei, & deuotionis laude peragatur, quoniā res omnes aliter tute esse nō possunt, nisi que ad diuini numeris famulatū pertinet, sacerdotalis defendat auctoritas. Data. xi. kalē. Decēbris Anthonio & Alexandro consul.

ITEM EPISTOLA PAPE CALIXTI AD OMNES GALLIARVM EPISCOPOS DE CON- SPIRATIONIBVS ET RELIQVIS CAVSIS ILLICITIS NE FIANT.



CLECTISSIMIS FRATRIBVS PER GALLIAS
constitutis vniuersis episcopis calixtus. Plurimorum relatu cōperimus, dile-
ctionem vestrā seruire spiritus sancti ita ecclesie gubernacula firmiter contra
impetus tenere & regere, vt naufragia aut naufragiorum detrimēta deo aucto
re non sentiat. Talibus igitur gloriantes indicis Rogamus ne in illis partib⁹
contra statuta apostolica quicq; fieri sinatis, sed nostra fulti auctoritate nociua
compescite, illicita prohibete. Cōspirationum vero crimina vestris in partibus
vigere audiuius, & plebes contra episcopos suos cōspirare nobis mandatum est. Cuius criminis
astutia non solum inter christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos & ab exteris legib⁹, phi-
bita. Et ideo huius criminis reos non solum ecclesiastice, sed etiam seculi damnāt leges, & non so-
lum conspirātes, sed etiam consentiētes eis. Antecessores vero nostri cum plurima turba episcoporū
quicunq; eorum in sacerdotali honore sunt positi aut existunt clerici, honore quo vtūtur cadere pre-
ceperunt. Ceteros vero cōmunionē priuari & ab ecclesia extorres fieri iusserunt, omnesq; simul vtri-
usq; ordinis viros infames esse censuerunt & nō solum faciētes, sed & eis consentiētes. Iultū est enim
vt qui diuina contēnūt mandata, & in obediētes patrum existunt iussionibus, seuerioribus corri-
gantur vindictis, quatinus ceteri timorē habeant talia committere, & deus gaudeat fraternitate ac
cōcordia, & cuncti sumāt seueritatis atq; bonitatis exēplū. Nā (si qđ absit) ecclesiasticā sollicitudinē
vigorēq; negligimus, perdit desidia disciplinā & animabus fidelium profecto nocebitur. Hi vero
in nullius accusationē sunt recipiēdi, nec eorum vel anathematū vox vlli nocere vel accusare potest.
Excoīcatos quoq; a sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusq; partis iustam examinationē, nec
cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo, cōmunicet, nec aue eis dicat. Quia quicūq; in his
vel in aliis prohibitis scienter excoīmunicatis cōmunicauerit iuxta apostolorū institutionē, & ipse si-
mili excoīmunicationi subiacebit. Ab his ergo clerici & laici se abstineāt qui eadem pati noluerint.
Infidelibus quoq; nolite cōiungi, nec cum eis vllam participationem habere. Talia vero agētes nō
fideles, sed infideles iudicātur, vnde ait apostolus. Que pars fidei cum infidei, aut que participatio
iustitie cum iniquitate. Nemo quoq; alterius terminos vsurpet, nec alterius parrochianum iudica-